



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput X. Alia beneficia sunt tacitè, alia expressè resignata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

ex Clem. si unam, de reb. Ecclesiast.
non alien.

CAPUT X.

Alia beneficia sunt tacite, alia expresse resignata.

EX modo liberè dimittendi beneficia, opportunè illa divides in beneficia tacite & expresse resignata. Resignatio enim est spontanea proprii beneficii dimissio, facta coram legitimo superiore; eam ex justa causa acceptante. Hic tamen superioris consensus, si petitus & non obtentus fuerit, non impedit ingressum in religionem. *Gloss. in cap. admonet, verb. inconsulto.* Excipe Episcopum, qui sine petita & obtenta licentia summi Pontificis religionem ingredi nequit, *juxta cap. nisi pridem, de renuntiat.* Caterùm in ingressi religionem, et si secundum jus antiquum tempore probationis resignare possent etiam in favorem. *Trid. tamen sess. 25. de regular. c. 16.* statuit, resignationem hujusmodi etiam juramento firmatam fore irritam; si non fiat cum licentia Episcopi vel ejus Vicarii intra duos menses proximos ante pro-

Explicatur
quid sit re-
signatio.

Ingressi re-
ligionem
qualiter re-
signare
possint.

fessionem, nec habituram suum ef-
 fectum, nec Episcopum alteri be-
 neficium à Novitio resignatum,
 conferre posse, nisi emissâ profes-
 sione. Quod idcirco statutum est,
 ut liberè, si velint, à religione di-
 scedere possint. Et licet sacra Syno-
 dus circa institutum Societatis Je-
 su, ut ibidem loquitur, nihil inno-
 vare intendat, decrevit nihilomi-
 nus ejusdem Societatis congrega-
 tio quinta, *can. 51* ut Novitii So-
 cietatis finito probationis biennio,
 antequam vota simplicia veros re-
 ligiosos constituentia *juxta Bull*
Greg. XIII. emittant, beneficia
 quæcunque resignent Resignans
 coram alio quàm legitimo su-
 periore, validè quidem resi-
 gnabit, quantum est ex parte
 ipsius, non quod jure beneficii sta-
 tim privetur, sed quod legitimus
 superior eam renunciationem ra-
 tam habere, & illum, qui ita resi-
 gnavit, etiam invitum privare, &
 beneficium alteri conferre possit;
 nisi ipse re adhuc integrâ renun-
 ciationem revocaverit. *Garc. p. 11.*
c. 3. Binsf. &c.

Resignata tacitè dicuntur ea,
 quæ nullâ verborum expressione,
 sed factò aliquo ex juris disposi-
 tione

tione

ione resignationem beneficij indicante, spontaneè dimittuntur, ut si beneficiarius matrimonium contrahat, militiæ nomen det, &c. Expressè resignata sunt, quæ disertis & expressis verbis dimittuntur.

Quod iterum dupliciter fieri potest purè vel conditionatè. Fit purè, quando resignationi nulla adjicitur conditio aut pactum, ita ut ordinarius Patrono & aliis, quorum interest, requisitis, beneficium cuilibet alteri conferre possit. Dixi Patrono &c. requisitis, quia sine consensu Patroni aut electorum, per se loquendo alium instituere non potest, si beneficium, quod dimittitur, sit patronatum aut electivum. Non enim potest præjudicare alieno juri; & quidem ad resignationem beneficij electivi, si fiat in utilitatem Ecclesiæ requiritur consensus majoris partis, si autem in commodum alterius, consensus omnium. *Parisus lib. 2. de resign.*

q. 5. Conditionatè fit sive in favorem, quando fit resignatio sub certa conditione pacto aut modo, ut si resignetur beneficium in favorem certæ personæ, hoc est, sub ea conditione, ut illi personæ beneficium conferatur: quod si fiat, nihil

Expressa resignatio alia est pura, alia conditionata, sive in favorem.

Conditio nata alia est simplex in favorem, alia qualificata in favorem.

hil ex beneficio reservando, dicitur resignatio simplex in favorem; si autem fiat cum reservatione certorum fructuum aut certæ pensionis, vel reservato sibi jure jure regressus, ita ut resignans ad beneficium regredi possit, &c. dicitur qualificata in favorem. Et hæc qualificata resignatio propter simoniam juris humani, in qua ordinarius tanquam inferior dispensare non potest, in manus Pontificis fieri debet. Quod etiam de resignatione simplici in favorem ex communi ferè DD. consensu & praxi Ecclesiæ dicendum est, propter periculum futuræ paulatim in beneficiis hæreditariæ successionis, si hæc resignationes ordinariis relinquerentur. Sunt quidem Auctores nonnulli, quos citat *Less. de just. lib. 2. c. 35. dist. 14.* qui censent simplicem in favorem in manus ordinarii fieri posse. Utpote in cujus manus permutatio beneficiorum fieri potest, *Clement. unica de rerum permut.* Nam eo modo renuncians nihil temporale dat vel accipit pro spirituali; sed solum indicat se resignare, si collator velit conferre illi, cui ipse favet, v. g. Petro, & non renunciare, si no-

lit:

Resignatio
in favorem
poteritne
fieri in ma-
nus ordina-
rii.

lit : adeoque omnem pacti speciem excludit. Verùm contra hos concludit *Less. l. c.* hujusmodi resignationes ob aliquam simoniæ speciem juxta stylum curiæ non posse fieri, nisi in manus Pontificis: Providè in cautelam præmittens n. 36. plerisque DD. ejus esse opinionis, Episcopum posse acceptare talem resignationem, rejectâ conditione, & conferre, cui voluerit. Eò quòd clausula in favorem habeatur pro non adjecta, maxime si resignans sciat suam resignationem esse invalidam, quia est contra stylum curiæ: & n. 34. juxta plerisque Canonistas beneficium resignatum in favorem coram ordinario, & ab ordinario collatum posse impetrari à Papa tanquam vacans per simoniam Unde hujusmodi resignationes coram ordinario faciendæ nõ sunt, nisi ex privilegio aut consuetudine id ipsi concessum sit. Peterit tamen resignatio pura non adjectâ conditione fieri in manus ordinarii additâ petitione, ut beneficium certæ personæ conferatur, idque iis in locis, in quibus Bulla Pii V. non est recepta, quâ prohibetur quælibet personæ successivæ designatio. *Vid. Laym l. 4.*

Quatuor
specialiter
notanda
circa resi-
gnationes
Beneficio-
rum.

tr. 2. c. 17. Præter modò dicta, quatuor notanda occurrunt circa resignationes beneficiorum. Primo resignans debet coram Notario Apostolico, & testibus constituere Procuratorem in curia Romana ad resignandum beneficium: hoc est, qui nomine resignantis præstet in curia consensum in resignationem beneficii, sive illius nomine cedat beneficio: & qui post supplicationem datam ac signatam litteras Pontificias desuper confici & expediri curet. Nam sine his literis gratia Apostolica impetrata, dicitur informis. Debet autem in mandato, quod de resignando beneficio Procuratori mittitur, exprimi qualitas & conditio, locus, in quo situ est, annuus ejusdem valor: item an resignatarius, id est, ille in cujus favorem resignatio facta est, aliud obtineat beneficium, aut alio quopiam Canonico impedimento teneatur; quo à beneficio excludi posset. *V. Azor. p. 2. lib. 7 c. 22. & 23.* Excipe, nisi fortè resignans in curia Romana existeret. Quia usu receptum, ut presentes in curia non nisi per se ipsos consensum præstent. *juxta Reg. Cancell. 44.* Secundo si re-

si resignans est infirmus, necesse est, ut à die resignationis, sive præstiti consensus in resignatione beneficii, supervivat viginti dies; alioquin censebitur per mortem Beneficiati vacare beneficium. Dies autem, quo resignans præstat consensum, includitur in ipso viginti dierum numero. *juxta Flaminii de resign. lib. 12. q. 8.* qui testatur binis vicibus in Rota Auditores hoc ipsum suâ autoritate firmâsse: Item, *q. cit.* eosdem Auditores judicâsse, diem, quo resignans moritur, tantum inchoatum, pro completo non haberi. *V. Azor. l. cit. c. 28.* Tertiò si resignatio fiat in curia Romana, debebat olim per *Reg. Cancell. & constitut. Pii V.* intra sex menses publicari in loco beneficii: Extra curiam verò apud locorum ordinarios intra mensem. Postmodum nova constitutio *Greg. XIII.* indulgit, resignationes beneficiorum in curia, si beneficia intra montes fuerint, publicandas esse intra sex menses, computando menses à die supplicationis datæ, non autem à die præstiti consensus *juxta constit. Pii V. qua incipit: Sanctissimus.* Si verò ultra montes fuerint, intra

intra novem menses : illæ autem resignationes , quæ fiunt extra curiam coram ordinariis, factâ intra unum mensem beneficii collatione , intra tres menses promulgandas esse : computando menses non à die resignationis , sed à die , quo beneficium collatum est. Quod omninò notandum est. Potest enim fieri , ut prima die mensis admittatur resignatio : beneficium autem resignatum sub finem mensis priùs conferatur. *V. Azor, l. cit. c. 24.* Denique si resignans moreretur ante acceptam à resignatario beneficii possessionem, beneficium vaecabit per mortem, *V. Reg. Cancell. Less. l. c. dub. 35.* Spectat quoque ad resignationem conditionatam permutatio beneficiorum, quæ est mutua beneficiorum resignatio inter permutantes facta sub ea conditione , ut resignatarius, in cuius favorem resignatur , suum quoque beneficium, quod obtinet, resignanti resignet : Dixi beneficiorum , quia jus ad beneficium, v. g. quod quis habet ratione præsentationis vel gratiæ expectati-væ , non potest permutari cum beneficio alterius. Quia beneficiorum quæsitorum & non quærendorum

Explicatur,
quid sit per-
mutatio
beneficii.

Item an jus
ad benefi-
cium possit
permutari
cum alieno
beneficio
aut similia
jura inter
se.

do
La
pr
sta
fin
nal
cui
tan
jur
riu
mit
nul
nie
cor
res
mut
tio
requ
de r
fieri
coll
ipse
Qu
iam
sic u
cam
con
Nar
litte
dub
mut
sign

aorum permutatio permittitur. *Laym l.c. ex comm DD.* Neque
 prædicta jura, puta, gratiæ exspe-
 ctatiuæ &c. permutari possunt cum
 simili jure. Quia sunt gratiæ perso-
 nales, non excedentes personam,
 cui conceduntur. Non videntur
 tamen permutationes dictorum
 jurium futuræ irritæ, si ordina-
 rius ob justam causam illas ad-
 mittat, ut docet *Less. l.c.* Quia hoc
 nullo jure exprimitur, & interve-
 niente authoritate superioris non
 committitur simonia, cum sint
 res spirituales, quæ inter se per-
 mutantur. Cæterum ut permuta-
 tio fiat validè & licitè, eadem ferè
 requiruntur, quæ supra diximus
 de resignatione in favorem, unde
 fieri nequit sine consensu patroni,
 collatoris, &c. quorum interest, ne
 ipsorum juribus præjudicetur.
 Quod si tamen resignatio aut et-
 iam permutatio putaretur Eccle-
 siæ utilis, potest legitimus superior
 eam approbare, eritque valida sine
 consensu patroni, nisi sit laicus.
 Nam hujus juri derogari debet in
 litteris collationis. *Vid. Less. l.c.*
dub. 35. & 36. Potest autem per-
 mutatio sive ut alii loquuntur, re-
 signatio causâ permutationis, fieri

Ad permuta-
 tionem
 eadem ferè
 requirun-
 tur, quæ ad
 resignatio-
 nem in fa-
 vorem,

Permutatio
 beneficio-
 rum pote-

rite fieri
coram or-
dinario.

Idque etiã
in mensibus
per concor-
data Ger-
maniae re-
servatis.

in manus ordinarii, ab eoque ac-
ceptari ob causam ad bonum Ec-
clesiæ pertinentem *juxta C. quasi-
tum, de rerum permut.* adeoque
etiam ob bonum personarum per-
mutantium, si illud consecutivè re-
dundet in bonum Ecclesiæ. Et hac
ratione, vitare inimicitias, noxiam
aëris intemperiem, aliãque corpo-
ralia damna compermutantium ad
Ecclesiæ utilitatem reduci possunt.
Quia illis sublatis meliùs Deo ser-
vire potest. *Azor p. 2. lib. 7. cap. 30.*
Unde utilitas unius ex compermu-
tantibus cedens in bonum Eccle-
siæ sufficit ad permutationem; mo-
dò ex parte alterius permutatio
Ecclesiæ non sit damnosa; *V. Garc.*
p. II. c. 4. & alios. Ex quibus rectè
inferes causam permutationis non
esse aliam, nec aliud in ea spectari
debere, quàm necessitatem & utili-
tatem Ecclesiæ. *Garc. l. c.* Nec vi-
detur quicquam obstare, quamvis
permutatio fiat in manus ordina-
rii etiam in mensibus reservatis per
concordata Germaniæ. Quia Pon-
tifex per concordata non censetur
conditionem ordinariorum Ger-
maniæ voluisse deteriores facere,
quàm aliorum extra Germaniam,
quibus absolutè licitum est reci-
pere

pere resignationes causâ permutationis factas: *Vid Medull. P. Bussenb. l. 4. c. 2. dub. 1. art. 5.* Imò Inferiores Episcopo ex consuetudine etiam inferiores Episcopo, ut Abbates, Præpositi, Decani, permutationes admittere, & beneficia conferre possunt *Gloss. & D.D. in Clem. 1. de rebus Ecclesiis non alienandis.* Permutatio, quâ beneficium opulentius permutatur cum tenui, compensatâ fructuum inæqualitate, fieri non potest nisi auctoritate summi Pontificis, qui jus proventuum potest separare à titulo sive jure spiritali, quod est in beneficio, cui prædictum jus erat annexum; & per hanc separationem reddere jus proventuum omninò temporale: ita ut jura proventuum à suis titulis separata, si permutentur, temporale detur pro temporali, adeoq; dū fit pactum de fructuum compensatione, sit pactum de re temporali præstanda ex bonis merè temporalibus. Et in hoc casu primò tituli sunt permutandi, ac dein alio contractu jura proventuum utpote per separationem Apostolicam facta temporalia, cum pacto de compensatione inæqualitatis fructuum. Unde hi duo contractus misceri

Inferiores Episcopo an permutationem admittere possint.

Permutatio beneficii pinguis cum tenui compensatâ fructuum æqualitate, coram quo, & quomodo fieri debeat.

NON

non debent, nec contractui, quo permutantur ipsa beneficia, apponi pactum de permutatione proventuum & compensatione. At, inquires, quomodo permutatis titulis possunt jura proventuum retineri, cum hoc jus ratione tituli competat Beneficiato. Cui difficultati responderi solet: ex dispositione juris tantisper à compermutantibus retineri jus proventuum, donec ipsa jura inter se permuteantur, & permutata denuò coalescant cum suis primis titulis: atque ita, citra omnem speciem synoniae, inaequalium beneficiorum fiat permutatio. Alii censent in praedicto casu posse peti compensationem à Pontifice pro damno temporali, quod alter patitur, privando se fructibus sui beneficii. Eò quòd dicta compensatio non petatur tanquam pretium beneficii; sed tanquam conditio, quâ alter se indemnem servat, & sine qua indemnitate nollit permutare. *V. Less. lib. 2. cap. 35. dub. 17. Medull. Busenb. lib. 4. cap.*

Quid si permutatio facta in manus Episcopi, aut Papae, successum non habeat.

1. dub. 1. art. 1. Quando permutatio facta in manus Episcopi successum non habet, v. g. quia alter permutantium est mortuus, superstes restituendus est suo beneficio,

ficio, sed per novam collationem.
 Quia beneficium verè vacavit.
*Abb. in cap. perult. in fine de rerum
 permutat.* Verùm hoc non servatur
 in permutationibus factis in ma-
 nus Papæ, nam permutans statim
 redire potest ad beneficium suum,
 permutatione non habente succes-
 sum. Nam à volente permutare,
 non censetur jus, quod habebat in
 beneficio, revocatum sive sublatū;
 nisi permutatio successum habeat,
 cum omnis permutatio videatur
 fieri sub hac tacita conditione, si
 res successum habeat. Quæ ratio
 quamvis locum quoque videatur
 habere in permutatione facta in
 manus Episcopi, ipsâ successum
 non habente, habet tamen praxis
 contrarium. *V. Garc. p. II. c. 4. n.º
 7. & seqq.* Observandum denique
 eo ipso, quod concedatur permu-
 tatio, non conferri ipsa beneficia;
 sed factâ permutatione requiri no-
 vam collationem. *Pal. tr. 13. disp.
 6. Garc. l. c. cum aliis, quos citat.*
 Nam beneficia compermutanti-
 bus dari non possunt, quousque
 vacant ergo prius per resignatio-
 nem vacare debent, quam con-
 ferantur. Unde resignatio potest
 admitti non collatis beneficiis;

stato tamen tempore conferendis. Adde quod Pontifex frequenter uni v. g. Romæ existenti conferat beneficium; alteri autem concedat mandatum de conferendo beneficio. Ex quo patet admissionem resignationis non esse collationem. *V. Pal. l. c.*

C A P U T XI.

Quædam beneficia sunt vacantia ipso facto, quædam per sententiam Iudicis.

Ipo facto
quædam
vacant per
mortem
naturalem,
quædam ex
dispositione
juris.

Assignantur
ea, per quæ
ex disposi-
tione juris
ipso
facto vacant

DEnique ex modo amittendi beneficia, rectè illa divides in beneficia, quæ vacant ipso facto, idque vel per mortem naturalem Beneficiati, vel ex juris dispositione: & in ea, quæ vacant per sententiam privativam à Iudice ferendam. Et quidem per mortem Beneficiati ita vacant beneficia, ut Beneficiatus à morte resurgens nullum jus ad beneficium habeat.

Barbos. lib. 5. iur. Eccles. c. 14 n. 2.

Ex dispositione juris vacant beneficia. Primò per professionem religiosam. Nam per vota solemnia Religionis ipso jure privatur quicumque